



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt Secvndvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

Votum autem hostiam uoluntariam, sicut sepe in psal-
mis uotum dicitur spontaneè oblatum, id quod uulgo
deuotionem dicimus &c.

CAPVT SECVNDVM.

HX historia sua Hanna spiritu plena con-
tra gloriã humanæ hypocrisis decantat
deo gloriã, per quã dei gloriam sterilis
parit plurimos. i. gētes & peccatores cō-
sequuntur gratiã, quæ gloria & gratia dei declarata
est & uenit mundo per Christi regnū, cuius cornu ex-
altat deus contra omnem mundi potentiã, sapientiã,
iustitiam atq; adeo omnem hypocrisim humanam.

Porro filij Heli.

Sacerdotis est officiū mediare inter deū & hominem,
docere populum uerbo dei, & sacrificare, Hæc omnia
cadūt ubi uerbū dei abijcitur, quid enim impietati cū
pietate? Quæadmodū isti sacerdotes contemnūt quod
in lege domini præceptū est de partibus sacerdotū &
sacrificiorū lege ut cremetur adeps domino, ut est in
leuitico, & ne populo quidem admonēte respiscunt,
sed uolentia utuntur dum sua quærunt. Præterea &
patris recta quidem monita sed magna indulgentia fã-
cta contemnūt, iudicio dei, ut dicit hic scriptura, qui
uoluit eos perdere. Exemplū doctrinæ humanæ, quæ
contra uerbum dei cogit homines ad sua, dum gloria,

lucrum, iustitiæ opinio queritur. Hi sunt spiritus erroris, qui paulatim obtinent quod uolunt, modo uolentia accesserit, dum Eli non satis increpat, id est, ut in euangelio dicitur Matt. 13. dum dormiunt homines &c. Hæc est blasphemia dei qua excæcantur hodie freres omnes, ut nec manifestis uitijs istorum falsorum prophetarum agnoscamus qui sint &c. Stuprant animas deum querentes, quas pollunt & à deo abducunt immundo & adulterino semine. i. doctrina quæ non est uerbum dei.

Obseruabant, id est, quæ ueniebant ad adorandum &c. Mulieres enim quædam piæ ieiunijs & obsecrationibus obseruabant ante tabernaculum domini, ut de Hanna legis Luca. 2.

Ephothineo.

De quo Exo. 28. Leuitarum tamen hoc erat, longe inferius sacerdotali ephoth. Indutus autem est Samuel ut hoc ceu signo minister publicus & leuita cognosceretur in tabernaculo, quemadmodum & hodie liceret, si non uestimento iustitiæ aliquid aut necessitas adscriberetur &c. Superstitiosa uero non probamus.

Et benedixit.

Hæc dicuntur in commendationem Samuelis, adeo placuit sacerdoti gratia dei in puero. Confer uero hoc loco Samuelem cum filijs Eli. Hi regnant, ille seruit, & tamen illi regnando pereunt, hic seruiendo exaltatur coram deo. Ista sunt dei iudicia quæ nunquam cessant. Habet autem Samuel uerbum dei quod illi abiecerunt.

Heli autem erat senex.

Peccatum describitur parentū etiam piorum dum nō increpant filios, aut licet increpent tamē permittunt impietatem filiorum amore, id quod est honorare filios plus quā deum, ut infra dicitur.

Si peccauerit &c.

Non q̄ peccatum in deum sit irremissibile, cum omnis blasphemia prāter unam remittatur, Marci. 3. sed q̄ peccati natura hic descripta est, grauius scilicet esse in deum peccare quā in hominem &c.

Et non audierunt.

Hec est excācatio & iudicium dei Esaie. 6. Excāca &c. Sic & Pharaon non audiuit &c.

Venit uir dei, id est, propheta aliquis missus à deo. Non ignorabat Eli peccatū suum, q̄ non bene age-
ret dimittendo filios in sacerdotio tam impios, ut uis-
des in uerbis eius supra, & tamen finit rem ita labi.
Hic uero reuelatur ei lex siue iudicium dei ut confun-
datur eius conscientia, nec respiscit amore filiorum,
quos noluit honore priuari, donec iterum dei senten-
tiam audit ex Samuele, ubi dicit, Dominus est, quod
bonum est in oculis suis faciat. Simile est in Ezechia,
Esa. 39. Sic & Dauid non ignorauit aduterium & ho-
micidium esse contra deum, & tamen securus dei tam
diu transit donec increpatur à Nathan. Sic & Paulus
dicit se aliquando uixisse sine lege &c. Ro. 7. Atq; hic

perit conscientia, sed in electis ad salutem, Alij autem in desperatione deseruntur non credentes deum esse liberatorem, quemadmodum dixit Cain, Maior est iniquitas &c.

Patris tui] id est, Aaronis primi sub lege sacerdotis. lege in Exo. & Leuitico. Absit.

Ergo dominus non seruat promissa? Non. Sed promittit credentibus uel credituris, Hi accipiunt & ueritas domini manet Ro. 3. Vnde hic, Honorabo honorantes me, id est credentes &c. Hoc est qd' Paulus dicit Ro. 11. Sine pœnitentia sunt dona & uocatio dei &c.

Præcidam. Hoc uerbū impletum legis. 3. Reg. 2. ubi Abiathar qui summus sacerdos est ex Eli abijcitur à Salomone ad agrum colendū, & subrogatur sacerdos Sadoch.

Et uidebis, scilicet in posteris tuis non in te uel per te. Aemulum tuū, id est, Sadoch & posteros. Eli iste ex Ithamar filio Aaron descendisse dicitur, ex quo erat Abiathar. Sadoch autem ex Eleazaro filio Aaron. Interim uero posteritas Eleazari indigne ferebat sacerdotiū translatum per deum nescio qua occasione ad posteritatem Ithamar, cum ex lege pertineret ad se, Nu. 20. id est, ad Eleazarum & filios eius. Hinc Aemulum hic legis &c.

Verūtamen] id est, alioqui manebunt ex te in infimo sacerdotiū officio, ut uideāt & inuideant se subdi, ad quos per te peruenturū erat summū sacerdotium.

Magna

Magna pars.] Impletū uidetur, quando Saul occi-
dit sacerdotes in Nobe. Vna die infra. c. iiij.

Et suscitabo &c.] De Sadoch intelligunt, qui di-
gne conuersatus sit & predicarit uerbum dei coram
christo, id est uncto Salomone. Futurū.] Ex Heb.

Qui residuus fuerit de domo tua, ueniet & ado-
rabit illū propter argenteum denariū & crustam pa-
nis. &c.] Ita abijciuntur, qui non credūt uerbo dei,
dum securi regnant &c.

CAPVT III.

HIC primum reuelatus describitur domi-
nus Samueli puero, quando ad tempus
cessauerat dominus apparere in Silo per
uerbū manifestū, q̄ illic ante appuerat.

Sub Samuele uero saepe illic apparuit, ut in fine cap.
dicetur. Hic illud uides, Abscondisti hæc à sapienti-
bus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Crescit
Samuel & coram deo & corā hominibus, dum ha-
bet uerbum dei, & propheta fidelis agnoscitur ab
uniuerso Israële, dū intereunt & peunt dei iudicio
qui regnabāt abiecto dei uerbo, Osee .8. Ipsi regna-
uerunt & non ex me. Cæterū de increpatione dei ad
Eli supra diximus.

Et sermo domini &c. Quo significatum
est, infidelitatē regnare ubi qui doctores esse debēt,

N